LEONARDUS HUNTPICHLER DE VALLE BRIXINENSI U. A.
2. Hälfte 15. Jh. (u. a. 1467 dat.) Seite 82r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=4542
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">  <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">





etiam deus / quod cor tuum habeat pacem
ab impugnacione demonum / cum quibus
longe tempore multis vexacionibus decertasti et
recipias delicias et gloriam in regno isto
mecum et ego tecum. Et pendens regina quod
antonius nichil movebatur ad hec verba
Assumpsit aliam materiam dicens Oppr dic
michi / que utilitas est solitarie in deserto ha
bitare ubi non invenies ecclesiam quam frequentes
Respondit anthonius Quid est quod tu vis de
me. Illa respondit Volo dete ut recipias
regnum istud / et me desponses et accipias
in uxorem / Bene audisti quod spreui reges
et magnates qui petierunt de me / quia erant
peccatores / et non erant mei digni. Sed ego pe
to te propter sanctitatem tuam ut non spernas me
Respondit anthonius et dixit ei Quomodo ego possem
talibus consentire post quam veni ad statum senec
tutis et complexio mea refriguit / et corpus
meum confractum est / et fortitudo mea abiit
et infirmata est virtus mea et carnes mee
consumpte sunt et concupiscencia mea enervata est